

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

86. Considerando, quomodo Christi Passio gloriæ cælesti respondet
meritorie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

MODUS LXXXVI.

O^{ctogesimus} sextus Passionem Dominicam meditandi Modus esse potest. Considerare quomodo Passioni Domini nostri respondet gloria Beatorum in cælo. Dupliciter autem respondere potest. Primo meritorie, ita ut expendamus, quam partem beatitudinis, quā parte Passionis suæ Dominus noster promeruerit. Etsi enim totâ Passione, & quālibet ejus parte, totam promeruerit gloriam cœlestem Beatissimis suis Dominis, assignari tamen possunt per piam considerationem, certæ partes Passionis, habentes quandam proportionem, ad certas partes gloriæ, quæ per illas promeritæ videri possint. Altero modo respondere potest Passio Gloriæ Beatorum nempe exemplariter, de quo modo, in sequenti proximè agemus. Nunc autem priorem proponemus.

Beatitudo Cœlestis hominum beatorum (de horum enim agimus) complectitur hæc. I. Beatitudinem Animæ, quæ consistit in visione Dei intuitiva, Amore beatifico, & gaudio, fruitione, possessioneque, seu tentione Dei æternâ. Estque hæc beatitudo Essentialis atque substantialis. II. Complectitur beatitudinem corporis, quæ consistit in quatuor ejus dotibus, nempe 1. Immortalitate seu imparabilitate. 2. Claritate. 3. Agilitate. 4. Subtilitate. III. Complectitur Laureolas, quæ sunt triplices. 1. Virginum. 2. Martyrum. & 3. Doctorum. 4. Complectitur glorias accidentales, quæ beatis adveniunt frequentissimè ex variis occasionibus & causis, connexionibusque ipsorum Beatorum

cum

S: G:
oper
TOM
N:

Luc. 15. 7.

2. Esdræ 8. 10.

cum ipsis. ut v. g. quoties alicujus Beati exemplo, seu doctrinâ, proficiunt viatores in Dei & proximi amore, & obsequio, in studio virtutum, in exercitio pœnitentia &c. toties illi Beato obvenit accidentalis gloria, juxta illud Domini no-

stri verbum. *Gaudium est Angelis Dei in celo, super uno peccatore pœnitentiam agente :* de hac etiam accidental gloria intelligendum illud.

Gaudium Domini, fortitudo nostra. Ista omni Beatitudinis portiones, habere possunt partes suas, in Passione Domini, quibus emeritæ, & acquisitæ sunt Beatis. Has partes, assignare quaque pro suo ingenio arbitriove potest, ego partim minuendi laboris, partim paradigmatis causâ, sic designo.

Primum ergo, Possessionem Dei beatificam, emit nobis Dominus noster venditione atque traditione sui, quam à Judâ discipulo in manibus inimicorum subiit. Emit etiam traditione illâ, quâ demum à Pilato traditus est voluntati Judentorum, & denique illâ à suo populo sui sanguinis super se, & super filios eorum acceptatione.

Deinde visionem beatificam & intuitivam Dei sicuti est, emit nobis Dominus comprehensione & captivitate sui ab inimicis, circumciditioneque illâ ad subsellia Judicum, tam Judentorum, quam Gentilium.

Tertiò. Gaudium & Fruitionem Tentionemque Dei beatificam promeruit nobis Dominus, desiderio suo, quo flagravit, patiendi pro nobis, item affixione ad Crucem per manus, atque pedes. Siti quoque & fellis ac aceti gustatione. Oratione quoque ad Patrem pro trans-

gressu

quam

prom

hort

tionib

flagel

C

doter

Agon

dem

S

trone

venie

auctis

S

noctu

runt f

eum c

multa

que te

que m

C

bis D

vore &

& sep

N

illusio

nam c

arund

alapis

in Cru

stitut

m

perder

greflo

gressoribus, ac demum derelictione sui à Patre, quam testatus est ipse.

Quartò. Corporis gloriam in universum promeruit nobis partim sudore sanguineo in horto, partim verecundiâ in tot repetitis nudationibus, partim cruentissimâ, crudelissimâque flagellatione, atque laceratione corporis sui.

Quinto. Immortalitatis seu Impatibilitatis dotem meruit nobis cruciatibus suis in cruce, Agoniâ trium horarum, & denique morte in eadem funesta trabe.

Sextò. Agilitatis Dotem meruit nobis ultroneo occursu hostibus suis, ad se capiendum venientibus. Item vinculis toties sibi injectis auctisque, usque dum crucifigeretur.

Septimò. Claritatis Dotem obtinuit nobis, nocturnis poenis in domo Caiphæ, ubi velaverunt faciem ejus, & dabant ei alapas, & colaphis eum ceciderunt, & prophetisare jussérunt, & alia multa blasphemantes in eum dixerunt, demumque totâ illâ nocte, indignissimis crudelissimisque modis habuerunt.

Octavò. Subtilitatis Dotem acquisivit nobis Dominus, Oratione & agoniâ in horto: pavore & tristitiâ, & tædio cordis, vulnere lateris, & sepulturâ.

Nonò. Laureolas promeruit nobis Dominus illusione tum per vestem albam Herodianam, tam chlamide coccineâ, tum spineâ coronâ, & arundineo sceptro, totâque illâ consputatione, alapis, illusoriis salutationibus, & in specie dum in Cruce consummavit martyrium, caputque exstitit martyrum; dum ex Cathedra Crucis docuit, perdendam potius vitam, quam obedientiam, dum

dum inter Matrem Virginem, & discipulum, ipse quoque Virgo mortuus est, tres omnes in laureolas dedicavit.

Decimò. Accidentales glorias promerit Dominus noster omnibus Passionis suæ accessoriis conditionibus, atque circumstantiis, tum exterioribus, tum maximè interioribus, Christophilis notis. ac potissimum inexplibili amore Dei Patris, & propter illum etiam amore salutis nostræ accessit dolor compassivus super ruinâ populifâ tam Spirituali & æterna, quam etiam corporali similis dolor super lapsu Petri, super matrem doloribus, super aliorum amicorum suorum luctu.

Undecimò. Gloriam quinque sensuum corporis meruit Dominus noster afflictionibus suorum quoque sensuum externorum: qua de re pleniùs dicetur in fine modi sequentis.

Ex his pii Meditatoris Animus cognoscat fructus Passionis Dominicæ, qui se etiam in Beatos, beatitudinemque eorum effundunt: cognoscat suam & omnium hominum, & in primis beatorum obligationem, tum ad agendas gratias adeo profusa Domini nostri in nos charitati: tum ad faciendas quoque de suo alias impensas, Cuncta hisce impensis unitas, ad propriæ beatitudinis acquisitionem. Agnoscat quoque & accuset, & defleat & emendet, emundetque suam, & aliorum infinitorum ingratitudinem, negligentiam, mollitatem, in respondendo tantis Christi, nostri causâ susceptis laboribus, exhaustis doloribus, profusis sumptibus, quæsitis & acquisitis beatitudinibus &c. Agnoscat denique & accendatur, a querendos Christo eos, qui beatitudinis ab illis promeritæ participes sint, disponendosque eosdem

S: Gi
oper e
TOM
N:

eosdem quām maximē, ad summam capacitatem participationem que Beatitudinis, ita sibi à Christo quæsitæ. In hoc namque studio constit & excellit zelus, non tantum erga proximos Christi sanguine redemptos, verū etiam erga ipsiusmet Christi gloriam, quam ille pro suis omnibus passionibus potissimum ex nostra ultimata beatitudine percepit, tanquam præmium & mercedem. Neque possumus excellentius nostram in Christum vicissim protestari deprecere charitatem, quām si plurimos, & quantum ex nobis, omnes adnitamus exhibere Christo plenissimè glorificandos. Hoc enim est maximam, quæ fieri possit, procurare Christo mercedem laborem, & Passionum, & meritorum suorum.

MODUS LXXXVII.

O^{ctogesimus} septimus Modus Passionem Domini meditandi esse potest, Considerare qualiter Passio Christi respondet exemplariter Beatorum præmio, atque gloriæ in cælo, & hac vicissim illi. Cùm autem dico exemplariter respondere, in eo sensu dico, quia quædam partes Passionis Dominicæ correspondent partibus Beatae gloriæ proportione quadam, non tantum propter similitudinem, aut identitatem, verū etiam propter efficientiam, atque adeò & propter contrarietatem.

Primò. Abscondita sapientia, veritasque contempta, & partim falsitatis, partim stultitiae velamine obscurata, respondet visioni Dei intuitivæ, quājam Beati non per speculum, & in ænigmate;